## Q U A E S T I O N E S
## DE DISCIPLINA CLERI ET POPULI CHRISTIANI

### SCHEMA DECRETI
### DE DISTRIBUTIONE CLERI

Quia observationes plurimae et principaliores, iuste et opportune, meo iudicio iam dictae sunt in hac sessione, tantummodo dicam, brevitatis gratia, schema huius decreti mihi fere in omnibus placere, sed tantum iuxta modum, id est, cum observationibus factis ab Emminentissimis Cardinalibus Pizzardo, Ferretto, Gracias, Larraona et Confalonieri, et ab Excellentissimo Archiepiscopo Limensis.-

In eodem sensu liceat mihi dicere paragraphum X forte relinquendum esse Commissioni "De Religiosis", quia in schemate huius decreti nihil vere positivum et practicum statuitur, et tamen materia - ut cognoscimus omnes Episcopi Residentiales - est doctrinalis et etiam practica.-

Romae 10/XI/61

+ Alfredus Silva Santiago
Archiepiscopus Ssmae
Conceptionis.-